Quelle:
Copyright:

Cod. CCCV. ×)

Membran: Loco: 15.

i 7.

Rotulus funebris Pauli Permisser Abbatis Seitenstette: &c:

Rotulus funebris Pauli Permisser Abbatis Seitenstettensis, aliorumque confratrum defunctorum, seu membranaceis et foliis palmam latis, et in longum consutis, confectus, qui per superiorem Austriam, Bavariam, Tyrolim, Sueviam, Franconiam, Thuringiam, Hassiam, ad diversorum Ordinum Monasteria: e quibus plura id temporis in alienis sunt manibus, circumlatus fuerat. In hujus lateris primi fimbria scriptum: "

"Presencium bajulus exivit Monasterium
" Sancte Marie In Seytenstetten ordinis
" Sancti Benedicti Pataviensis Diocesis
" anno Domini M° CCCC° Septuagesimo sep-
" timo die Cene Obiemntque et jam Dicto
" Monasterio
" Dominus Reverendus Paulus Abbas VII° Kl
" Januarij
" Item Zacharias Presbyter et monachus
" IIII° Idus Novembris.
" Item Fr. Thomas Preb: et monach. XIII° Kl.
" Decembris.
" Item Fr. Urbanus Presb: et Monach: pridie
" Kl: Januarij.
" Item Fr. Leonardus Conversus VII° Kl Fe-
" bruarij."

Quanto tempore bajulo per dictas provincias, et Monasteria hoc cum rotulo fuerit circumeundum ex primi et ultimi Monasterii inscriptione desumitur, scilicet: "

" Lator presencium apparuit nobiscum in nostro
" Monasterio Glewnick vigilia pasce ordinis S.
" Benedicti Pataw. Diocesis anno Domini millesimo
" quadringentesimo Septuagesimo Septimo? Et